

*Romae* (VI 33456 = *Notizie degli scavi 1899 p. 56*). — 1) 16. Sept. — 2) *Ludis Romanis* (*dies horum ludorum 4. ad 19. Sept.*). *Similis adnotatio supra N. 6191.*

8526 d. m. | Saturninae, | die Saturni | nata, diem Satur|ni diem functam, | vix. annis III | m. V d. XX.

*Cumis rep.* (X 2935 *semel descripta saec. XVIII*).

8527 d. m. | Reianiae C. f. | Maecianae, con|iugi incomparabili | univiriae et castissim., | quae sibi nubsit III k. Feb., | mortem obiit III k. Feb., | vixit secum an. XVIII, | T. Fl. T. f. Liberalis fec. | Hedonicus<sup>1</sup> maritus.

*Romae* (VI 25392 *vidit Bormann*). — 1) *Fortasse agnomen Liberalis mariti.*

8528 (*corvus inter duas protomas*) d. m. | Blastione (*sic*) vix. an. VI | mensib. VIII dieb. XIII hora I, | natus V k. Septembres | hora diei VI die Lunae, | defunctus III idus Iunias | hor. prim. diei die Saturni, | item matri eius, quae vixit | annis XX dieb. XXX horis X, | reliquit eum<sup>1</sup> mens. XII d. XX. | Blastus pater filio piissimo | fecit.

*Romae* (VI 15602 *vidit Henzen*). — 1) *Filium (cum is esset mensium duodecim)?*

8529 L. Caecilius L. l. Syrus | natus mense Maio | hora noctis VI | die Mercuri, | vixit ann. VI dies XXXXIII, | mortuus est III k. Iulias | hora X, | elatus est h. III frequentia maxima.

*Romae* (VI 15782 p. 5315 *saepius descripta saec. XV. XVI*).

8529<sup>a</sup> d. m. s. | Calliste vixit | annis XVI mes. III hor. | VI et S, nuptura idibus Oc[t.], | moritur III idus Oct., Pa[nathen]ais mater pia kar. fil. fec[it].

*Tipasae Maurelaniae (misit Gsell).*

8530 C. Herennio C. f. | Ter. Melai | aedili,  $\bar{\Pi}$ vir., | L. Nonio Aspremate cos.<sup>1</sup> | III non. Sept. h. X<sup>2</sup> natus est, | A. Gabinio Secundo cos.<sup>3</sup> | III non. Sept. h. X<sup>2</sup> moritu[r]. | Melanta filio.

*Venafri* (X 4881 *vidit Mommsen*). — 1) *A. p. C. 6.* — 2) *Hora decima.* — 3) *Consul suffectus anno incerto, cf. supra N. 5887.*

*Cf. supra N. 1660: obit natali suo, intrans annum septimum. N. 7589: die natali suo hora qua natus est obit.*

#### Parentelae quaedam.

8531 d. m. s. | Crispinae coiugi | divinae, nutri|ci senatorum | duum, Albus | coniunx, c. q. f.<sup>1</sup> | an. XVII. H.<sup>2</sup> vix. | an. XXX m. II, | b. m. f.

*Romae, nunc Urbini* (VI 16592 *vidit Bormann*). — 1) *Cum qua fecit.* — 2) *Haec.* — *Educatrix c. v. est supra N. 7674.*